REMIGIUS ALTISSIODORENSIS. AELIUS DONATUS. PRISCIANUS CAESARIENSIS. SERVIUS HONORATUS. GLOSSEN

Anfang 13. Jh. Seite 22v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26554
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sunt. i. que principatum tenent. Non dixit quod sole essent
partes. sed principales eas uocauit. Nam hec due
sine aliis plenam faciunt orationem. ut equus
currit. Hoc loquitur. Latini articulum non an
nunmerant. nec greci interiectionem. Latini
id est nos qui latinam linguam habemus articulum non
annunmeramus. Greci articulos habent quos per
se computant. pro una parte orationis. Et quia inter-
iectionem non habent. sed pro interiectionibus ad verbiis
utuntur. ipsam partem articulorum in ultimo lo
co mittunt. Nos vero illam partem non habentes po
nimus interiectionem in ultimo. et particulis grecorum
utimur pro nominibus hic et hec et hoc. Articulus autem di
minutiuum est ab eo quod est artus. i. membrum. Et hec
est pars que apud grecos articulus uocatur. Ideo ar
ticulus uocatur. quia membrum est orationis. sicut minora
membra articuli uocantur. Non annunmerant
id est non computant in partes orationis quia non habent. Mul
ti plures. multi pauciores partes orationis pu
tant. Multi. s. auctores. plures. i. maiores.
In numero sicut illi qui nouem uel xii. asserebant. Mul
ti pauciores. i. minores in numero sicut aristo
telici qui duas tantum esse dicebant. Putant
id est autumant arbitrantur. Orationis. i. dictio
nis. Verum ex his omnibus tres sunt que sex ca
sibus inflectuntur. Nomen. Pronomen. et Partici

Nec greci. s. annumerant interiectionem. sed quia non habent.